

sc̄ae ecclesiae aetas describitur. Par
uula quippe tunc erat cum anatiuitate
recens uerbum uitae praedicare non po
terat. Hinc enim de illa dicitur. Soror
nostra paruula est & ubera non habet.
Quia nimirum sc̄a ecclesia prius quam
proficeret per incrementa uirtutis. in
firmis quibusque auditoribus prebere
non potuit ubera praedicationis. Ad ul
ta uero sc̄a ecclesia dicitur. quando dī
uerbo copulata. sc̄o repleta spū. per
praedicationis ministerium in filiorū
conceptione foetatur. Quos exortan
do paritur. conuertendo parit.
De hac eius aetate dñō dicitur. Adules
centulae dilexerunt te. Uniuerſae
quippe ecclesiae quae unam catholi
cam faciunt. adulescentulae uocan
tur. Non iam uetustae per culpam.
sed nouellae per gratiam. Non senio
steriles. sed aetati mentis ad spiritalem
congrue foecunditatem. Tunc ergo